

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῶ ἐπάρχῳ πραι-  
τωρίων. Τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν νόμοις οἰόμεθα χρῆναι καὶ  
τούτων προσθεῖναι τὸν ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἐκ χρό-  
νων τὰς εὐαγεῖς ἡγεμονίας παρέχοντα, ὥστε ἐπὶ τῶν  
εὐαγῶν μοναστηρίων ἢ ἀσκητηρίων μὴ πάντως τε-  
λευτήσαντος τοῦ ἡγουμένου ἢ τῆς ἡγουμένης τὸν  
ἐφεστῆς ἢ τὴν δευτέραν γενέσθαι (σύνισμεν γὰρ τῇ  
φύσει οὔτε πάντας ὁμοίως ἀγαθοὺς οὔτε πάντας ἐν  
ἴσῳ ποιούσῃ κακοῦς), ἀλλ' ὃν ἂν ὁ τε ἀγαθὸς βίος  
καὶ σεμνὸς τρόπος καὶ ἡ περὶ τὴν ἀσκήσιν συντομία  
καὶ τὸ κοινὸν τῶν λοιπῶν μοναχῶν πλήρωμα ἢ τὸ  
πλείστον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τοῦτο νομίσειε καὶ  
τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων ἔλοιτο, ἐπὶ τὴν  
1 ἡγεμονίαν καλεῖσθαι. Ὡστε, εἰ μὲν ὁ πρῶτος  
μετὰ τὸν τελευτήσαντα χρηστὸς εἴη καὶ μοναχῶν ἀρ-  
χεῖν ἄξιος, ἐκείνῳ τῶν ἄλλων προκρίνεσθαι· εἰ δὲ  
ὁ μετ' ἐκείνου, ὁμοίως ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν τοῦ  
2 ἡγουμένου ψῆφον. Εἰ δὲ οὐδεὶς τούτων ἄξιος φαί-  
νοιτο, τηλικαῦτα τὸν ἐκ πάντων ἐπιτήδειον, οἰοῦδή-  
ποτε ἂν εἴη βαθμοῦ, προχειρίζεσθαι ἡγούμενον, βίου  
τε ὄντα σεμνοῦ καὶ πολιτείας σεμνῆς καὶ περισώζειν  
τούς πιστευθέντας αὐτῷ δυνάμενον· προσῆκον ὅν  
πᾶσαν ἀρετὴν καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων ἐπιστάσιαν οὐκ  
ἐκ χρόνων οὐδὲ ἐκ κλήρων οὐδὲ ἐκ τυχηρῶν περι-  
στάσεων, ἀλλ' ἐξ ἐπιλογῆς καὶ ἐκ τοῦ καλλίονος γίνε-  
σθαι καὶ τὴν παρὰ πάντων μαρτυρίαν εἶναι τῷ τάγ-  
3 (1) ματι τάξιν. Γνώριμα δὲ ταῦτα γίνεσθαι τῷ  
κατὰ τόπον θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ, ὥστε αὐτὸν  
μανθάνοντα τὸν ἐπιλεχθέντα καὶ ὁρῶν ἔχειν τοῦτο  
δοκιμάζοντα σύμφηρόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπιλεξαμέ-  
νοις καὶ προάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τοῦ ἡγουμένου τάξιν.  
4 Δοκιμάζειν δὲ δεῖ τὴν αὐτῶν ἐπιλογὴν τὸν κατὰ  
καιρὸν πατριάρχην καὶ τοὺς κατὰ τόπον θεοφιλεστά-  
τους ἐπισκόπους, ἔχοντας καὶ αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ  
δεσπότην θεοῦ καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν εὐλαβημέ-  
νους, εἰ μὴ κατ' ἐπιλογὴν, ἀλλὰ πρὸς τι πάθος ἀπο-  
βλέψαντες ἀνθρώπινον τὴν προβολὴν ποιῶσινται  
ἐχόντων αὐτῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καὶ ἐν τῷ μέ-  
λλοντι τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ποινὴν, οἷα τῆς αὐτῶν ἀμε-  
λείας πολλαῖς ψυχαῖς ἁμαρτημάτων αἰτίας παρεχομένης.  
5 (2) Τούτων πάντων καὶ ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων  
γυναικῶν ἢ παρθένων τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν ἀσκη-  
6 (3) τηρίων ἤτοι μοναστηρίων κρατούντων. Τῆς  
λοιπῆς ἱερατικῆς τάξεως ἀπάσης τῆς τοῦ θεοῦ λει-  
τουργίας κατὰ τοὺς ἐαυτῆς βαθμοὺς προϊούσης καὶ  
οὐδὲν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν καινίζομένης νόμου.  
D. xv k. Dec. Constantinopolí Lampadio et Oreste  
conss.

id est:

*Idem A. Iuliano pp.*

Sacris legibus nostris et hanc addendam esse nobis visum est, quae ex virtute, non ex temporis ordine pias praefecturas concedit, ut in venerabilibus monasteriis vel asceteriis nequaquam defuncto abbate vel abbatissa sequens vel secunda succedant (conscii enim sumus naturam neque omnes pariter bonos neque omnes aequaliter malos facere) sed quem et vita integra et honesti mores et adsidua devotio [commendent] et totum reliquorum monachorum corpus vel maior eorum pars ad hoc idoneum putaverit et propositis sanctis evangeliiis elegerit, eum ad praefecturam vocari.

1 ¶ Si ergo proximus a defuncto idoneus et dignus est, qui monachos regat, ille reliquis praeferatur, si qui eum sequitur, similiter in eum praefecturae suffragium dirigatur.

2 ¶ Si vero nemo eorum dignus videtur, tum qui ex cunctis idoneus erit, cuiuscumque gradus sit, antistes creetur, cuius videlicet et vita honesta sit et honestus status quique sibi commissos servare possit: nam convenit omnem principatum omnemque hominum gubernationem non ex tempore vel sorte vel fortuitis momentis, sed ex electione praestantiaeque prodire omniumque testimonium corpori ordinem constituere.

3 ¶ Ea autem communicentur cum religiosissimo episcopo, ut cum de electo certior factus sit eamque rem recte se habere arbitretur, eligentibus adsentiat eumque in locum abbatis inducat.

4 ¶ Quorum electio examinanda est pro tempore patriarchae et religiosissimis locorum episcopis, qui et ipsi sub iudicio domini dei sunt et futuram condemnationem verentur, num minus per electionem quam ad humanam quandam affectionem respicientes suffragium tulerint: ipsis etenim tam in hac vita quam in futura poena ex deo aderit, cum eorum, neglegentia multis animis peccandi causa fuerit.

5 ¶ Quae omnia valeant etiam in devotissimis mulieribus et virginibus quae piis asceteriis vel monasteriis praeponuntur.

6 ¶ Reliqui vero sacri ordines dei ministrorum secundum gradus suos promoveantur neque quicquam in iis praesenti lege nostra innovatur.